

[2] Epistola fratribus Francie missa [EpFranc]

«¹ Venit quoque in Angliam tunc temporis frater Martinus de Barton, qui beatum Franciscum frequenter videre meruit; qui postea vicarius fuit Ministri Anglie et in multi aliis officiis optime se habuit. Ipse narravit quod in capituli generali, in quo precipit sanctus Franciscus destrui domum que fuerat edificata propter capitulum, fuerunt quinque millia fratrum. Frater vero suus secundum carnem fuit senescallus capituli et defendit domum ex parte communitatis. **Per ipsum scripsit beatus Franciscus propria manu litteram**, sub divo in pluvia non madefactus, **ministro et fratribus Francie**, ² **ut visis litteris iubilarent, laudes Deo Trinitati dicentes:** ³ **“Benedicamus Patrem et Filium cum Spiritu Sancto”**»

(*Tractatus de adventu fratrum Minorum in Angliam fratris Thomae dicti de Eccleston*, ed. A.G. Little – J. Moorman, Manchester 1951, coll. VI, p. 32).